

Petrus de Vinea

*Ep. V 56 (In nostrae
maiestatis presentia...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 56 (In nostrae
maiestatis presentia...)*

1240

Potestati Pisanorum, ut cogat quemdam ad restitutionem depositi muli.

1. In nostrae maiestatis presentia, B. de..., ualletus nostrae Camerae, fidelis noster, constitutus exposuit, quod dudum, nobis de partibus Lombardiae in Tusciam uenientibus, apud ..., ciuem Pisanum, quemdam suum mulum infirmum, ut dicit, curandum dimisit.
2. Vnde, cum ad presens pro eodem mulo ad se in Regnum ducendo idem B. latorem presentium suum transmittat nuntium specialem, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus memoratum... ad restituendum predictum mulum et assignandum predicto nuntio, pro parte et nomine B. prefati, qua conuenit, coartatione compellas.